



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla LXXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

filios nascituros, quia habet causam prohibitionis personalem. Ideo ad futuram prolem non se extendit.

REGULA LXXXII.

- 1 Libri doct. & scholarium ac eorum uestimenta non niunt in generali obligatione bonorum suorum. ut doct. in l. obligatione generali. cum l. seq. ff. de pignorib.
- 1 Fallit hæc regula nisi in conuentione dicatur, q̄ omnia bona sua obligat. & ea præsertim quæ specialem mentionem exigit, ac requirit. Ista fuit secura recordatio ad limitationem d. l. obligatione generali. ff. de pign. pro ut eleg. Matth. Math. in sing. 136. not. unum nu. 2. & 3. & in hoc uide negusa. in tract. de pignor. in 3. membro 2. part. tis num. 37.
- 2 Fallit etiam quando quis habet specialem obligationem, quia specialis non derogat generali. secundum Bal. in l. si generali. C. quæ res obl. poss. quando maxime per eam est sibi ius quæsitum ut not. ibi Bal.
- 3 Fallit etiam in fisco, quia omnibus creditoribus assignatur. secundum Bal. in d. l. si generali circa medium. not. quia pacta inter contrahentes non nocet fisco. secundum Odof. & doct. in l. i. C. de fund. pat. nu. 1.

REGULA LXXXIII.

- 1 Libellus non exhibetur in iudiciis datiariorum. Ita Bal. in consi. 238. in princ. uol. primo, ratio est, quia si conditores datiariorum inquietarentur iuris mediis. nullus eorum reperiretur, qui datia conduceret. sed ipsi procedunt & offerunt capturam: carceres, & rerum retentionem. ut Bal. in loco præallegato, q̄ not. quia coram iudicibus datiariorum non proceditur uia ordinaria, sed summariæ uia prædicta.
- 1 Fallit hæc regula nisi aliter ex forma statuti, seu prohibitionis localis prouisum esset, quia statuta sunt obseruanda. & fides